Fragmentarium

VENTER eſt enim qui apparet intrinſecus. ptinet
quia pectore ad inguinem. Aluus interior pars que
cibum recipit et purgari ſolet; Uterum ſolae mulie
res habent. In quo concipiunt; confundunt tamen
hoc auctores. et uterum pro utriuſq. ſexus uenter ponunt
Genitalia autem. ſicut nomen ipſud docet. A gignendo
dicta. Natium caro conglobata ſedendi officio facta eſt.
ne premente corporis mole oſſib; cederet
FEMINA sunt femorum paſter. quibus in equitando
tergis equorum adheremus. Unde et proeliatores
feminibus aequos amiſſe dicuntur.
GENUA a genis dicta. eo quod in utero quo hereant et
cognita ſint oculis. unde et ennius. Atq. gena conpre
mit aſtagina.
TIBIAE autem dictae ſunt quaſi tubae. PLANTAE uero
a planitiae nuncupate. quia non rotunde uel in qua
drupedibus. ne ſtare non poſſit homo. ſed plane
atque longiores formatae ſunt. ut ſtabile corpus
efficerent. CALCIS autem a callo pedem. Si cno
minate; PEDUM digiti et decorem et uſum ferunt.
nam currere non poſſumus niſi digitis in unum preſ
ſis. ſoloq. nitentibus. impetu ſaltuq. capiamus. [illegible]
qua oſſa corporis. uelut columnae quaedam quibus
caro ſuſtentur inſeſta ſunt. Et neruorum [illegible]
conligata ut aptiſſimo motu flectantur [illegible]
tur ceteriq. de ratione corporis [illegible]

XVIIII INTER INFANTIA ET PUERITIA
RELIQUAS AETATES

License: cc-by-nc – Bern, Burgerbibliothek, Cod. D 219, 2_18v – A) Passiones sanctorum; B) Isidorus: Synonyma, Differentiae (https://fragmentarium.ms/view/page/F-q34j/5322/50731)